dam:non sanantes : sed punctis solum insculptas in hu
iusmodi forma . que latine sonant .
a . b . d . o . e . th . ch . inquitqȝ xantho : mi here qd
dicunt littere ille. Tũc xanthus illas diligenter ac diu
meditatus : quid sonarent cum intelligere nequiret :
inquit esopo : dic sodes : quid ille sonant littere:cedo .
esopus ait : si hic thesaurꝰ tibi ostendero : quid michi
facies boni . inquit xanthus : bono sis animo : nam et
libertatem : ⁊ auri dimidiũ consequeris . Tũc esopus
gradus quattuor ascendens ad columnam : ibiqȝ fodi
ens aurum inuenit : quod confestim obtulit hero suo :
atqȝ ait : obsecro mi here : ut michi promissa serues .
⁊ xanthus ait : minime : ni prius doceas : qui id inuen
tum habes : Quippe pluris hoc facio : qȝ ipsum aurꝰ
esopus ait . Qui thesaurum hic deposuit : nimirũ ut
philosophus caractheribus septem notauit. ascende.
gradus . quattuor. fodias. inuenies. the
saurum . auri . Et xanthus inquit : ex quo ita es
acutus : libertatem haud consequeris : Et esopus ait
caue sis : quia hoc thesaurum spectat ad regem . In
quit xanthus : qui id scis : cedo. ait esopus : quia litte
re hoc sonant. tradito. regi. dionisio. que .

inuenisti. thesaurum. auri. Xanthus audiēs ad regem spectare thesaurū: inqt esopo: accipito me dium ac nemini dicito. Esopus ait: non tu hoc michi tradis: sȝ qui thesaurū hic deposuit: quo pacto inqt xā thus. ait esopus: hec ipsa eadem elemēta significant.

cum supueneris. euntes. diuidite. quē. inuenietis. thesaurum. auri. Tunc xanthus ait. abeamus domum: aurum ut partiamur. domum igit᷑ cum se xanthus recepisset: esopi loquacitatē reformidās iussit ipsum in uinculis poni. Tunc esopus heus pro missa philosophorum ait: pro libertate in carcerē detru dor. his dictis xāth⁹ mutata sñia: carcere ut educeret᷑ mādauit: deinde esopo inquit: si uis liber fieri linguā frenato: nec taȝ aperte decetero me accusato. ⁊ esopus ait: age ut lubet: uelis uel nolis: me liberū facies.

Hisdem temporibus res nimirum mira ꝯtigit apud sa mum: nam publici cum fierent ludi: aquila quedam repentino quodam uolatu questorium ex ipso theatro arripuit anulum: quem in sinū serui cuiusdam cadere permisit. quo prodigio turba theatralis rumigerās lō ge anxia ⁊ ambigua stetit. deinde accita statim ꝯcione xanthum ꝯsuluit ueluti philosophum ac rei publice pri morem: quid illud significare habeat. xanthus qui ei⁹ rei inscius esset ambiens diecula ad ꝯsulēdum exorata domum abiit: ⁊ cum animo lōge esset anxius: quia qd populo ꝯsuleret: nō tenebat. Esopus accedēs ad eū ait: ecquid sic animo deprimeris. omitte mestitiam:

ꝛ hoc onus ꝯsulendi michi impone . die crastino abi in ꝯcionem : ac populo huiusmodi uerba facies:uiri samii ego quidem nõ sum augur : nõ ariolus:nõ prodigioꝝ ut scitis interpres :uerum domi seruũ habeo:qui huius modi reꝝ notionẽ habere profitetᷣ:si placet illũ adduci faciam:qui quid hoc auguriũ significet: uobis aperiet . Tunc si quod ego ꝯsulero:quo turbe satisfecero: tu gloriam pariter ꝛ graꝫ indepisceris:quod si nõ satisfecero tu liber ab infamia ꝛ ego in culpa fuero. Tuꝫ xanthus uerbis esopi fidens sequẽti die in theatrũ manicat:ꝛ accito populo pulpitum ascendẽs:que ab esopo didicerat : ea plebi aperuit:Quibus dictis samii ut esopus corã adduceretur:xanthum impellũt. Esopus ecce adducitᷣ: qui cum coraꝫ ꝯstitisset:eius formã samii intuẽtes ꝯtempserunt:ac ipsum pro ridiculo habentes inquiũt:ecquid huius aspectus auguris est . ex homine tam impurato putandum est quippiam boni esse audituros . et cum ipsum deriderent: Esopus stans in loco eminentiori ac manu indicans plebi silentium inquit. Uiri samii ecqd meam deridetis formam. nõ enim facies:sed anim⁹ hominis est intuendus. Quippe sub turpi corporis forma sepius latet sapiẽtia . Itaqꝫ ut in uasis uinariis non forma spectatur:sed quid uini ipsa uasa ꝯtineat:degustatᷣ sic nõ hominis facies:sed mens ꝛ animus cõsiderari debet. Hec cum samii audissent aiũt esopo. Si qd ꝯsilio rem publicam iuuare potes:id ut facias quesumus oms Tum esopus maiori quadã ꝯfidẽtia ait.natura ex qua

prouenīunt omnia bona:iniquuz glorie certamen hodie posuit inter dominum et seruum:quoniam uter uicerit non par premiuz reportabit. Nam si dominus erit cer taminis uictor:gloriam ꝛ gratiam apud uos ꝯsequetur sed si ego seruus prestantiorem me exhibuero: nō liber tate ut ius foret:sed maledictis:uerberibus et carcere p̄ miabor. Itaqꝫ si hoc certamen hostire : ac me liberum fieri:parati estis:ut cum fiducia loqui queam:uobis pro fecto pace dixerim omnium: quid hoc portendat augu rium:proculdubio aperiam . Tunc uniuersa concio ad unum acclamauit . Equum postulat : manu esopum xanthus emittat. Id dum xanthus se facturū negaret: questor publica auctoritate inqt ei:nisi scito plebis paru eris:ego iunonis ede libertum:iure pretorio liberali illū afferam manu:ac constituam tibi in edilitate collegam. Amici igitur ac necessarii hortati sunt xanthum:ut ma nu esopum mitteret:ac rei publice condonaret. Tunc xanthus haud libens coram omni populo esto liber eso pe ait . Tum preco publice alta uoce clamauit . Xan thus philosophus missum manu facit esopum. ꝛ sic ad impletum est:quod xantho superius dixerat esopus:ue lis uel nolis me liberum facies . Igitur esopus liber admodum factus in medium turbe procedens atqꝫ ma nu indicans silentiuz ait.uiri samii quod aquila:que est rex inter aues:uti sunt reges inter homines:anulūz pre torium sustulerit:hoc sane portendit:quod quispiam ex his:qui reges sūt:libertatez uestram uestrasqꝫ leges ab

rogare inquiret. hec cum samii audissent: territi sunt: atq3 parum post adest tabellarius cum litteris regiis se natum samiorum postulás. Itaq3 reddite sút senatui in huiusmodi uerborum seriem littere. Rex lydorum cresus samiorum senatui plebiq3 salutem. Jubeo uos tributa mi chi ut exhibeatis ac uectigalia tribuatis: quod si huic e dicto nó parebitis: ceu parere debetis: pauperies tanta uobis inferetur: quantam haud ferre poteritis. his litte ris in senatu recitatis: cum omnes terrore inclinarent regi esse parendum: tamen quid esopus ɔsuleret: audire decreuerunt. Esopus ad subsellia profectus. atq3 rogatus ut sententiam diceret ait. Uiri samii: quod tributa aut uectigalia regi exhibeatis: quis uideo ad id uos inclina ri: haud equidem suadeo: quobrem uero uobis breuiter a periam: ut quid expediat rei publice uestre ɔsulere que atis. fortuna mortalibus duplicem in uita uiam ostédit. unam quidem libertatis: cuius initium durum: asperum: ac difficile est: finis uero ualde planus: equus: perfacilis ue. Alteram uero seruitutis: cuius initium facile est: pla num atq3 campestre: sed finis est asperrimus: nec súma sine angustia commeabilis. dixi. hec cú audissent samii: cognoscentes quid ɔduceret rei publice sue ad unum se tentie esopi acclamarunt: asserentes cum simus liberi: ser uire nolumus. eoq3 responso nunciú regium remiserunt. Cresus his cognitis animo commotus decreuit ad ex emplum aliorum copias contra samios transmittere: ni regius núcius impedimento fuisset: qui regi inquit:

19

nunq̃z posses samo potiri: nisi esopus: cuius ꝯsilio samii
utunt᷑: prius inde amoueatur. Uerumenim potes per
legatos a samiis postulare: quod si tibi transmittatur
esopus: ⁊ gratias quasuis ⁊ tributoꝝ remissioné ipsis
indulges. quod si hoc faciút: in tua manu samios ha
bes. Tunc cresus hoc ꝯsilio suasus quendam ex proce
ribus samii legauit. Is cum samum applicuit: atqz
in ꝯcione mádata regis exposuit: suasitqz plebi: ut re
gi esopum transmitterent. Esopus in ꝯcionem accit᷒
ac regis sententiam sentiens ait: Uiri samii cupio eq
dem ad regis pedes me ꝯferre: sed uobis prius fabulá
narrare. Quo tempore animalia bruta ad unum ꝯueni
ebant: lupi ouibus bellum intulerút. Igitur oues cum
se a lupis tueri negrent: auxiliú a canibus postularút:
qui pro ouibus pugnantes lupos dare terga urgebát.
Tunc lupi: cum se bello inferiores cognoscerent: ꝑꝑ
canes: pacem perpetuam offerút ouibus per legatos:
modo unicam pacis ꝯdicionem recipiant: ut canes ad
omnem suspicionem belli tollendam: lupis custodiendi
tradant᷑: oues stolide lupis credentes pacez cum lupis
accepta ꝯdicione firmarút. Igitur lupi occisis canibus
absqz difficultate oues perdiderút. Hanc fabulam cú
dixit esopus: samii ut esopus nullo pacto mitteret᷑ de
creuerút. At esopus decreto samioꝝ nó paruit: sed
una cum legato ad cresum regem nauigauit: coramqz
eo se presentauit. Cresus uero cum esopum ꝯspexit:
indignabúdus ait. hic ne auctor est quod samii haud

21

parcant iussionibus meis. Tum inqt esopus: aMaxi me rex regum ego quidē nulla ui nullaqꝫ necessitate co actus sed spōte ꝛ ultro ad tuum me cōtuli ꝯspectum: fiduciā habēs quod equis aurib⁹ me audies: data igit° sibi copia fandi denuo inquit esopus. Homo quidaꝫ pauper cum ad locustas uenaretur: cepit et cicadam: que cuꝫ se interimi debere uideret: inqt aucupi ne abs re interimere me uelis: naꝫ nec spicas ledo: nec corim bis officio: sed plausu alaꝝ peduꝫ ue cantando armo niam ꝯficio: qua uiantes delecto. atqꝫ uie leuo laborē et pter uoceꝫ in me reperies nichil. hec auceps ille cuꝫ audiuit: emisit manu cicadaꝫ. Et ego te rex obsecro ne me de nichilo: et insonteꝫ occidas: naꝫ nec uolo: nec possuꝫ: ex corporis debilitate alicui ferre iniuriaꝫ: sed ea loquor: que uite mortaliū sunt utilissima. Tūc rex admiratiōe simul et misericordia motus inqt esopo non ego tibi uitaꝫ: sed fortuna ipsa largitur. si quid uis petito: id sane dabitur. Tunc ait esopus: unuꝫ dun taxat obsecro: ut samiis tributa remittantur. remittan tur inquit Cresus. Tuꝫ esopus humi procidēs regi gratias egit. deinde fabulas: que usqꝫ ad hec tpra ha bentur: edidit: regiqꝫ inscripsit. deinde acceptis a rege litteris ad samios: super tributorum remissione: mul tis etiaꝫ ab ipso rege donis donatus samuꝫ nauigauit Ergo samii esopuꝫ uenienteꝫ summo cuꝫ honore rece perunt: Nam senatus omni populo sequente obuiam iuit. Insup sertis: et choreis totuꝫ oppidū fuit ornatū:

Esopus ad subsellia ductus regias litteras pro rostris recitauit. edocuitqȝ senatuȝ tributa eis indulgeri simul et libertateȝ . Post hec samo abiens per uarias nationes peregrinatus est: ubiqȝ gentiuȝ predicās atqȝ in fabulis documenta mortalibus exhibens . Aerumenis cuȝ babiloniaȝ peruenisset : ibiqȝ suam ostenderet sapientiam : summo in honore habitus est apud Lycurum Babilonie regem . Quippe reges temporib⁹ illis problemata inuicem per epistolas ioco mittebant : que qui interpretari nesciebat exhibebat tributa mittenti . Inde esopus cū ipsa problemata probe interpretaret⁹ : clarū reddidit Babilonie regeȝ : atqȝ pro ipso Lycuro problemata edidit aliis regib⁹ mittenda : que quia solui nō possent : tributa plurima Lycuro exhibebant⁹ : q̈obreȝ Babilonie regnum longe lateqȝ celebre factum est .

Ceterum cum esopus esset sine prole : adoptauit sibi quendaȝ generosuȝ adolescenteȝ nomine Enuȝ : queȝ in ꝯspectum regis sepius adduxit : cōmendauitqȝ: non secus ac si ex ipso natus esset . Is non multo tempore post: cuȝ se comiscuisset cuȝ ancilla : quam esopus uxurariam habebat: uerit⁹ ne sibi acrius succenseret⁹ :apud regem falso accusauit esopum: litteras adulterinas sub nomine esopi : ad aduersarios regis ꝯscriptas : ac eiusdem signo signatas reddens : quibus operam suam in problematibus soluendis pollicebatur . Rex uero Lycurus signo fideȝ adhibens animo supramoduȝ motus iussit hermippo : ut esopum mori faceret sine mora :

22

At hermippus esopi studiosus ipsum in sepulchro clacu
lum abscondidit ibique diu uiuum seruauit. sed bona eius
assecutus est Enus. Longo uero tempore post. Necta
nabo Egiptiorum Rex: existimans (ut fama erat) esopum
esse mortuum: statim ad Lycurum misit problemata:
per litteras huiusmodi figuras continentes. Nectana
bo Egiptiorum Rex Lycuro Babilonie Regi salutem.
Quoniam Turrim edificare uelis: que nec celum nec
terram attingat. mittito ad me fabros: qui turrim ipsam
edificent: et ad rogata respondeto: atque ex toto territo
rio meo annos decem tributa capito: hoc problema cum
accepisset Lycurus: longe tristatus est. Itaque anxius
super tali decisione: accitis sapientibus suis: ut questi
onem illam soluerent edixit. cum omnes ambigerent:
nec propositum soluere quiret: Lycurus humi prostra
tus misero ue michi gemens ait: qui regni mei perdidi
columnam: quod factum me pepulit: ut esopum interimi
iuberem. Hermippus cognito regis merore Lycurum
audiens inquit: ne te amplius afflictes: quoniam illum
occidi minime feci: percipiens te aliquando peniturum:
quare certior esto: quod quem interfici iussisti: is hoc
tempore inter sepulchra uiuit: Nam tuam ueritus iussi
onem in monumento quodam ad hanc usque diem uiuum
seruaui. Hec cum Rex audisset: non parua leticia ple
nus continuo exurgens atque hermippum amplectens in
quit: Si uerum loqueris quod esopus uiuat: hunc diem
certe michi fecisti perpetuum: si porro illum seruasti regnum

meum stabilisti : iussitque ut coram statim duceret. Eso
pus squalidus tenuis ac veternosus: cum in regis conspectum
processit rex faciem conversus ingemuit : mandavitque: ut
subito lavaret mutaret ve. Igitur esopus lotus mutatus
ve in regiam pergit : regeque salutato suam causam dixit.
super quibus ab eno filio suo adoptivo fuerat accusatus.
Et cum rex iuberet : quod enus eo supplicio plectere
tur quo paricide plectuntur : Esopus ut sibi ignosceret
exoravit. deinde rex epistolam capiens esopo tradidit ad
legendum: quam oculis cum percurrit : questione haud
soluta inquit : rescribe rex in hanc sententiam: quod cum
hyems transierit: mittes sibi qui turrim edificent: ac eo
tempore ad singula respondebis. Tunc rex cum huius
modi rescripto remisit tabellarium egiptiorum. deinde eso
po bona sua reddi mandavit : et ad pristinam restitui di
gnitatem. Insuper enum sibi condonavit: ut arbitrio suo
illum ulcisceretur. At esopus illum benigne tractavit :
talibusque monitis studiose coarguit: sic aiens. Fili ver
bis meis attendito diligenter : ac illa penitissimo corde
teneto. Foris omnes sapimus. aliis consilium damus.
nobis ipsis consulere nequimus. homo cum sis : humanis
casibus te subditum esse memento. Deum in primis
colito. Regem tuum observato. Cum sis homo hu
mana curato: quoniam deus ulciscitur iniustos. Scelus
est: ultro inferre molestiam. Animo generoso indignos
ferto successus. Inimicis tuis te trucem exhibito : ne
utique te contemnant : at amicis lenem atque officiosum :

ut tibi in diem sint beniuolentiores. Ualitudinem ma
lam inimicis optato simul et ruinam: ne tibi de cetero
nocere queant: amicis uero prosperos optato successus.
Uxori frugalia loquere : ne alium sibi cupiat uirum.
Quippe femina: cum uaria semper ac mutabilis sit: si
bi blanditur : ocius inclinatur ad malum. Homines se
num uitare memento : homo neque licet ei prospera suc
cedant : nichilominus miser est. Aures quam linguam
habeto magis acutas. Linguam compescito. Pauca
loquere inter pocula: ubi non sapiens: sed ridiculus quis
habetur. Quibus fortuna fauet: haud inuideto: sed po
tius gaudeto:quippe inuidia inuidenti precipue nocet.
Curato familiam : ut non modo ut dominus : sed ut beni
ficus uerearis a tuis. Uerecondiam serua: ne a ratione
decidas. Nec te pudeat in die discere meliora. Con
silium archanum uxori committere caueto:que ut rumori
geret semper est armata. Quod in diem laborando
queris : id in crastinum quoque reponito: potius est eius
pecuniam inimicis in morte relinquere : quam ab amicis in
uita mendicare. Obuiantes saluta libenter : quoniam
uidemus canem caude plausu sibi uendicare panem.
Turpe nimium est miserum irridere. Que frugi sunt
ea discere ne cesses ac sapientie intendere. Cum quip
piam a quopiam capis : id quam ocius reddere curato : ut
facilius rursum tibi accomodetur. Quibus benefacere :
cum potes haud te pigeat. Hominem maledicentem.
loquacem susuronem ue ab hostio tuo eminus coercito :

Dicta.factaqꝫ tua amicis tacitis credito: ea tamen fa
cias: que fecisse postea te non pigeat. Aduersa cũ eue
niunt: non molesto: sed animo quieto feras. Impro
bis flagitiosisqꝫ neutiq̃ꝫ ꝯsulito. Improboꝝqꝫ mores
nunq̃ꝫ imiteris. Esto hospitalis in hospites. peregri
nos ue: ut peregre proficiscens qui te recipiat habeas.
Sermo bonus contra animi uicia medic⁹ est optim⁹.
Ille profecto est beatus: q uero potitur amico. Ni
chil tam absconditus est: quod tp̄us demus nõ ferat in
lucez. His et aliis compluribus monitis enus esop⁹
ab se missus fecit. At enus illis monitis coercitus con
scientiaqꝫ compunctus: quod falso esopum capite accu
sauerat: abiens ex loco eminentiori se precipitez dedit:
et uti malus: male uitaz finiuit. Post hec accitis
aucupibus mandauit esopus: ut pullos quatuor aqlinos
capere curarent. quos cum habuit assueuit pascendo
sursum ac deorsum uolare ad pedes follibus ligatis: in
quibus pueri duo existebant. Nam prout pueri pastũ
eleuabant: siue demittebant: sic aues pastum ipsum se
quentes: sursum ac deorsum uolabant. His igitur pre
paratis cum tropicus hiemalis transisset: Esopus cuz
lycuri uenia: Egiptum nauigauit certa spe opinioẽqꝫ
firma: quod se admirandus reddet Egiptiis. Verũ
enim Egiptii esopi speciem cum conspicarentur: mon
struosam insulsam ue: existimarunt ipsuz fore ridiculũ
ludumqꝫ. non uidentes: quod turpia uasa quandoqꝫ
continent balsamuz: qui liquor liquoꝝ est p̄ciosissim⁹:

et fiale nō limpide limpida sepius ꝯtinent uina. Itaqꝫ esopus in regiam profectus ad regis genua procidit. At rex in maiestate existēs: eum benigne recipit. dein de inqt. Cui me ac meos assimilas esope? Esopus ait. te quidem soli tuos uero radiis solarib9. Quippe nō secus splendes: ac splendeat circulus solaris: tui te circuꝫ sic radiant: ut radii solis ipsuꝫ circūradiant solē. Tunc inquit Nectanabo. lycuri regnuꝫ quid ad nostrum. Esopus surridens ait. nichilo inferius: sed in pluribus longe superius. Quippe regnum tuum ut sol lunam: sic lycuri regnum suo splendore obscurat. Admirans Nectanabo propterea esopi facultates loquendi inquit. duxistin eos qui turriꝫ michi edificēt. ait Esopus. Quidni. modo locuꝫ ostendas ubi edificare uelis. Rex subito ex urbe in campuꝫ egressus locum sibi ostēdit. Esopus per loci angulos ꝯstituit aquilas follibus ad pedes ligatis. ac pueros duos ꝯtinentibus lingulaꝫ manu altera tenentes. iussit deinde ut pastu eleuarent: quem aquile sequentes: cuꝫ in altuꝫ uolareut: clamant pueri lingulam ostendentes: exhibete nobis calcem. exhibete nobis lateres. exhibete ligna: et que ad edificandum sunt opportuna: quod cum conspicaretur Nectanabo inqt esopo. ecquid apud uos sūt homies alati. Esopus. imo perplures. Sed tu cum homo sis: q contendere cuꝫ semi deo queris. Tum inquit Nectanabo: fateor me uictuꝫ esope. sed quod te rogo: responde. equas ex grecia huc adduci feci: que ex hynnitu

equorum: qui sunt in Babilonia concipiunt. Esopus ait: super hoc die crastino tibi respondebo. profectusq3 domu3 iussit pueris suis: ut catu3 habere uideret: que3 cum attulerunt satis magnitudinis: Esopus fecit uirgis publice cedi. Quod cum accepissent egiptii: ꝯcurrentes catu3 eripere tentarũt. Sed cum negrent profecti ad regia3 regi renũtiant. Tum rex esopu3 iussit acciri. ei accedenti inqt Nectanabo. ecquid facis esope. nescis apud nos deu3 huiusmoi coli figura. Quippe egiptii tale simulacru3 precipue colunt. Esopꝰ ait: Animal hoc nocte proxima lycuꝝ offendit. Nam occidit gallu3 pugnace3 generosum ue q sibi horas nocte canebat. Inquit Nectanabo. non putaba3 esope: tu um esse mentiri. fieri qdem nõ potest: quod nocte una catus Babilonia3 ierit: ac redierit. Surridens esopꝰ ait. Eo quidem pacto catus nocte una Babiloniam iuit ac rediuit: quo eque ad hynnitu3 equoꝝ: q sunt in Babilonia hic ꝯcipiunt. His dictis Nectanabo esopi sapientiã longe cõmendauit. Die uero sequẽti Nectanabo ex urbe solis euocauit homies sapientes ac phicarum questionum peritos. quos cum de esopo fecisset certiores: ad cena3 inuitauit simulq3 esopu3. Cu3 discõberent: ex illis qspiã inquit esopo. pace tua dixerim a deo huc sum missus: ut uerba tecu3 facia3. quid ais ad hoc. ait esopus. deus ut homines discant mentiri: minime querit. quare quod deum uestru3 ueremini. paru3 seruo uester uos accusat. Aliꝰ ite3 inqt.

Templuȝ quoddā magnuȝ extat.et in eo columna ur
bes duodecim sustinens:et quelibet urbs triginta trabi
bus tecta est. quas trabes discurrunt femine due. eso
pus ait. problema hoc apud Babiloniaȝ pueri ipsi sol
uere sciunt. Nam templuȝ quidem orbis est terre. co
lumna uero annus.urbes duodeciȝ:sunt duodeciȝ men
ses .trabes triginta: sunt ipoꝝ mensiuȝ dies. femine
due: dies et nox esse dicunt᷑: que se alternatim ꝯtinuo
discurrentes sequunt᷑. Tunc Nectanabo suis inquit
magnatibus.tributa regi lycuro me mittere ius est.unꝰ
ex illis ait.etiam aliud problema interrogemꝰ:silicet qd
sit illud:quod nunq̄ȝ uidimus neqȝ audiuimꝰ.tunc rex
ait esopo.dic queso esope.qd illud est quod nos nunq̄ȝ
uidimus:neqȝ audiuimꝰ. esopus ait.die crastino uobis
respōdebo. Itaqȝ profectꝰ domuȝ syngraphuȝ astu fin
xit:quo Nectanabo ꝯfitetur:se mutuo habuisse a rege
lycuro mille talenta .que Netanabo reddere promittit
ad terminuȝ quendaȝ.qui eo tempore prefinitus erat.ac
syngraphum regi mane apud regiam reddidit.recitato
syngrapho rex admirans inquit proceribus suis:audiui
stis ne:aut uidistis:me a lycuro pecuniam mutuo habu
isse unq̄ȝ.inquiunt illi nos nec uidimus:neqȝ audiuimꝰ
unq̄ȝ. Tūc ait esopꝰ.si id quod dicitis ueꝝ est:questio
soluta est:Tunc Nectanabo inquit.beatꝰ es lycure:qui
tali uiro potiris:atqȝ esopuȝ cuȝ tributo remisit. esopꝰ
Babiloniā regressus:que in egipto egerat lycuruȝ edo
cuit:ac tributū reddidit. Quas ob res lycurꝰ:ut statua

aurea esopo publice statueretur mandauit. Paucos post dies Esopus uisendi greciam cupidus: ueniaz a Lycuro exorauit: pollicens se reuersurum: ac reliquuz ui te apud Babiloniam finiturum. Igitur per grecie urbes proficiscens: suamq3 ubiq3 locorum in fabulis sapientiaz ostendens magnuz in sapientia sibi nomen uendicauit. Postremo delphos se contulit: locuz religioe celeberimu. Nam erat religiois caput. Ibi cum turbe eum ut au dirent sequerentur: nichilq3 honoris sibi a delphis prebi tuz esset: Esopus ait. Viri delphii uos quidem ligno similes estis: quod mari defertur. quod cuz procul uide tur. magnum quidem apparet. cum uero est prope parum quid esse cognoscitur. sic ego ab urbe uestra cuz essem longius: uos omniuz prestantissimos esse putabaz. nuc uero prope omniuz ineptissimos uos esse cognosco. hec et huiusmodi delphii audientes intra se inquiunt. hic cu per urbes alias: magnam a turbis habeat sequelam: ubi q3 gentiuz suis ablocutionibus: huius nostre urbis aucto ritate aut tollet: aut certo minuet: nisi nobis cauerimus. Itaq3 consilium ceperunt quo pacto per dolum occide rent Esopum: et ceu impium ac sacrilegu3 morti dam naret. Nam propter turbas palam non audebant. ob seruantes igitur seruum esopi: dum res suas compone ret ad recessuz: fialam auream ex templo Apollinis ere ptam inter sarcinulas esopi clam posueruut. Esopus igitur ignarus: que in eum scrutabantur insidie: cu pho cida abiret: dephii cursim insequentes: esopum magno

26

cum clamore comprehendunt. Et cuz esopus rogaret quaz ob rez se tenerent:uociferantes inquiunt.heus impie.heus scelestе ecquid templum Apollinis spoliasti? quod cũ esopus aperte negaret:ac iniquo animo ferret delphii solutis sarcinulis: fialaz aureaz inueniunt:quaz passim omnibus ostendentes:esopuz uti sacrileguz cuz strepitu et magno impetu ducunt ad carcerez. Esop? adhuc ignarus insidiaꝝ rogat:ut se missum faciant. at illi arctius in carcerez coercent. Tunc esopus cuz uiaz euasionis sue non uideret:atqz cognosceret:quid in euz fieri consultuz esset:fortunaz suam malignaz gemebat. Quidaz ei? not? nomine demas carcerez ingressus: cũ esopuz gementez ꝯspicat᷑ inqt ad illum. ecqd sic gemis esope. esto forti aio:habe spes bonas ac teipm ꝯsuleris.

Ecce delphii:qui esopum publico decreto uti sacrilegii reuz morti damnarant:ad unum ꝯueniunt: ipmqz e carcere ducunt:ut e rupe precipitez darent. qua re cognita esopus inquit ad illos: Quo tpre animalia bruta erant ꝯcordia:mus cum rana amicicia ꝯtracta: eam uocauit ad cenam. Igit᷑ cuiusdaz locupletis penu ingressi cuz sunt:ubi mel.panis.ficus et omnia bona erant:mus inqt rane:ex illis dapibus comede que tibi plus sapiut. postq̃z uariis letati sunt cibis: rana uicissiz ait ad murẽ nunc ut de meis cibariis gustes uelim:uenias mecum. uerum ne torpitudine pereas:pedi meo tuuz alligauero deinde pedem pedi cum ligauit in stagnum saltauit: ac murẽ traxit natando. Mus igit᷑:cuz se necari uideret:

clamabat equidem dolo necor abs te:sed qui in uita re
manent eorum quispiam mortis mee ultor existet: Ec
ce Miluus murem stagno despiciens illuz deuolans ar
ripuit pariter et ranaz:et sic utroqz potitus est Milu⁹
nūc ego abs re interimor a uobis. at uos iure michi da
bitis penas . Nam babilon et grecia hoc uestruz in me
scelus ulciscent᷑. Hec delphii audientes non tamen euz
dimiserunt: sed repugnantez euz ad locuz precipitii du
cerent: Esopus ex eoꝝ manibus aufugiēs in templuz
Apollinis se ꝯtulit:atqz ad aram ꝯfugit : sed nichil sibi
profuit ara. Naz delphii per uiz et immaniter inde tra
hentes ira et impetu:ut ipz precipitarent : ductitabant.
At esopus : cuz ita ignominiose se duci uideret : ait ad
illos: Intendite delphii:deum hunc:licet eius edes pua
sit:ihonorare nolitis:sed uereamini Apollinez : ad quez
deum nuper ꝯfugeram. At illi dictis suis non intenden
tes ad locum precipitii enixe trahebant . Esopus mor
tem sibi instantem ꝯspiciens ait: uiri impii immanesqz:
ex quo uobis suadere nequeo: huic fabule queso dilige
ter intendite . Mulier quedam filiam uirginez ac stoli
dam hns ꝯtinuo deos orabat:ut sibi sensum infunderet
idqz cuz frequentius palam faceret:uirgo stolida uerba
percepit: retinuitqz . post dies uero aliquos simul cum
matre rus profecta:duz ad hostiuz staret:uidet rusticuz
adolescentem asellam quandaz e regione subigere uelle
accedens igit᷑ ad illuz ait . quid agis bone adolescens ?
ille ait. huic aselle sensuz infundo. memor stolida matris

uerborum ait. bone adolescēs infundito et michi:quod si facies non frustra laborabis: Nam mater mea tibi multas gratias habebit. Rusticus omissa asina uirgines uiolauit. Illa uero corrupta leta cucurrit ad matrē ingens ei:letare mater.ias tuis precibus sensus accepi. Mater ait: dilecta filia preces meas ias dii exaudierunt? qdni mater? stolida inquit: Juuenis nunc quidam longum pauxillus ac neruosus duobus cus glandulis ad interioris partis extremus pendentibus:meus in uterum misit. intro et foras frequentius discurrens:ques ego qdes cū uoluptate accepi:atqz sensus sensi meo animo subito infundi.tus mater ait:hei michi filia:id demus perdidisti si quid sensus antehac habuisti. Item aliam queso audite fabulam. Agricola quidam cum in agro ꝯsenuisset ac urbem nunqȝ uidisset: cupidus illam uidere suos orauit:ut se ducerent in urbem. Illi uero ligatis ad currum asellis senes curru imponunt:aiuntqz: modo agita eos:nam p sese te ducent in urbes.sed dus senex uiat in urbes: obortis repētino turbine uētorum tenebris: aselli a uia recta exeūtes in locus arduus et pcipites deueniunt. senex mortis periculus ꝯspiciens:proh iupiter exclamat. qua in re tua numina lesi? quod sic misere pereo: Nas neqz ab equis prestantibus et generosis: sed ab asellis distrahor uilissimis, sic ego nempe discrucior:quod nō ab hominibus claris illustribusqz:sed ab improbis inutilibusqz seruis interimor. Et cus ad locum precipitii uenissent: rursum aliam narrauit fabulam sic inquiens.

Vir quidam amore filie captus rus misit uxorem : et apud se retinuit filiam:quam cum uiciaret:patri filia inquit:pater profana facis . uelim equidem potius a uiris centum q̄3 abs te uno huiusmodi pati scelus.et ego del phii profani ac scelesti : eligerem pòtius totam circuire Siciliam : ac Scyllam caribdimq3 sepius transire: q̄3 a uobis sic per contumeliam interfici. Execro uos:ue stramq3 patrias:ac deos deasq3 omnes obtestor:ut me iniuste pereuntes exaudiant : ac digna de uobis suppli cia sumant . Verum illi obaudientes ipsum ex rupe ar dua precipitez dederunt. Et sic misere Esopus uitaз finiuit. Mortuo esopo pestis ꝛ fames ac uehemens qui dam mentis furor delphios comprehendit.qua super re consulti Apollinez oraculuз habuerunt ut manes esopi placarent . Igitur conscientia compucti: quod esopum iniuste occiderant : templuз sibi ꝯstruxerunt: et in eius memoriaз columnaз ꝯstituerūt. Preterea principes gre cie ac prouincie presides : audita morte esopi : delphos profecti : habita diligentius inquisitione : dignis suppli ciis ulti sunt eos : qui mortis esopi auctores fuerunt.

. Finis .

Tomas R[illegible]

Argumentū fabularum Esopi e greco in latinum.

Esopus fabulator clarissimus: natiōe quidē frigius: fortuna uero seruus fuit. colore niger: ac facie supramodū deformis. is quia beneficus semper in hospites fuit: dea hospitalis in somnis sibi assistens largita est loquelā. (nam ab initio blatero fuit) sapientiāq; : ac uariarū fabularū inuentionē: que porro fabule non parū ꝓducunt mortaliū uite: nā aīmalia bruta fingit agere ea que hominū sūt actiones: quas ita ante oculos ponit: quod audientiū animos incitat ad uirtutē. nec ulli sunt hominū mores: quos in brutis fingēdo ipe non aperiat. Has igitur fabulas: si quis trite gustauerit: quā uiam sequi: quamq; uitare debeat: in priuatis publicisq; negotiis facile comperiet. Nam in primis fabulā narrat: tū qd fabula significet compendiosiꝰ exponit: atq; ordinē alphabeti in greco secutus: qui in latino semone seruari non potest: hinc sumit initium.

De aquila et uulpe.

Aquila ⁊ uulpes conflata inter se amicicia in proximo habitare constituūt: firmiorē amiciciā ex frequenti ꝯuersatione fore putantes. Igitur aqla nidum alta super arbore instituit. uulpes uero arborem propter inter dumeta catulos collocat. Una igitꝰ dierū cū uulpes latibulū egressa pastū catulis quereret: aqla et ipsa cibi indaga in latibulum deuolans uulpis

catulos arripuit:ac pullis suis comestuꝫ p:ebuit.uul
pes reueniens cognita filioꝝ mo:te atroci:ualde tri
stata est.et cuꝫ aquilaꝫ ulcisci non posset:qa quadru
pes existens uolucreꝫ persequi nequibat.quod unuꝫ
miseris ac impotentib? datur:aquilam execratur:ac
mala sibi imp:ecat᷒. tantum in odium cuꝫ uiolatur:
uertitur amicicia . Contingit igitur illis dieb? ruri
Cap:aꝫ imolari:cuius frustruꝫ una cum carbonib?
accensis:aquila arripiẽs substulit ad niduꝫ . sed uen
to uehementi? spirante nidus q ex feno ac materia
exili aridaqꝫ ꝯfectus erat:incendit᷒ . aqle pulli flam
mam sentientes : cum uolare adhuc negrent : humi
decidunt . uulpes ꝯfestim illos arripiens in aqle con
spectuꝫ deuorat . Fabula significat quod qui ami
ciciam uiolant:q̈uis quos leserint ultionem declinẽt
dei supplicium non tamen effugiunt .

De aquila et co:uo .

Aquila celsa ex rupe deuolans agnum ex omni grege
arripuit:quam rem cum co:uus conspicat᷒ : emulati
one motus:uehementi cuꝫ strepitu ac strido:e deuo
lat in arieteꝫ:atqꝫ ungues in arietis uellus ita impli
cat : quod inde etiam motu alaruꝫ se explicare non
potest. Hunc pasto:: cuꝫ ita implicituꝫ uidet accur
rens co:uum comphendit.atqꝫ alaruꝫ pennis incisis
pueris suis p:o ludib:io dedit. Aeruꝫ enim cum qſ
piam co:uum rogaret: quenam uolucris esset co:u?:
ait:p:ius equidem quo ad animum aquila fui : nunc

uero me coruum esse certo cognosco. Fabula signifi cat: quod qui supra uires quippiam audet hoc solum effi cit: quod in aduersa sepius incidit: ac se uulgo ridi culum exhibet.

De aquila et scabrone.

Aquila leporem persequebatur: at lepus auxilii inops: quem tempus obtulit scabronem uidens ab eo auxilium implorauit. cui scabro pollicitus est tutelam ac custodiam suam. deinde cum aquilam propinquantem scabro conspica tur: eam precatur ne suum sibi eripiat seruum. at aquila scabronis paruitatem contemnens: eo coram leporem exedit. Uerum scabro sue iniurie memor: ubi aquila nidificaret obseruat. Ecce aquila oua parit. scabro alis elatus: ad aquile nidum uolat: atque oua deuoluens humi deiicit. aquila iacture ouorum merore concita: euo lat ad Iouem (est enim ales deo illi sacrata) ac locum ad pariendum sibi tutum dari precatur. Iupiter sibi concedit: ut cum tempus adest: eius in sinu pariat oua. Hoc scabro prouidens globum e stercore conficit: atque sursum euolans in Iouis sinum demisit. Iu piter uolens e sinu globum excutere: oua aquile simul excussit. ex tunc aiunt aquilam nunquam parere: quo tempore scabrones existunt. Fabula significat: quod nullus porro est contemnendus quoniam nemo est: qui iniuriam accipiat: quin cum tempus datur: se ulci sci non querat.

De filomena et accipitre.

Filomela :cu3 alta quercu sederet:more suo sola cane bat : ea3 accipiter cibu3 queritās eu3 intuet⁹ repente euolat:illamq3 rapit.at filomena cu3 se interitu3 iri uidet:accipitre3 precat⁹: ut se missa3 faciat:quonia3 ad explendu3 eius uentrem ipsa satis minime sit:sed pro saturitate sua:ad maiores aues ut se uertat: op⁹ profecto fore : eam accipiter torue conspiciens ait . stultus equide3 nimiu3 esse3 : si quem manib⁹ teneo cibu3:illu3 demitto:amplioris spe pastus . Fabula significat . quod qui omittunt id quod manu tenent rerum maiorum spe consilio inopes ac ratione nimi um sunt .

De uulpe et trago .

Uulpes et tragus sitientes in quendam puteum siti de scenderunt. Uerum enim post potu3 : cum egressu3 circonspiceret hyrcus:uulpes ei comiter ait:bono sis animo:nam quid saluti nre opus sit : probe animad uerti. Si enim rectus stabis:ac pedibus anterior ib⁹ cornibus ue muro adherebis: tuas ego scapulas cor nuaq3 conscendens : cum egressa puteum fuero : te manu comprehendens hinc desuper traham. Huic caper prompte deseruiuit.uulpes suo exultans egres su: circa os putei capro alludebat.at du3 caper illa3 incusat : sibi pacta haud seruasse: ei facete uulpecula inquit. Si ea caper sapientia preditus esses : quo pi loru3 ornatu istec tua barba referta est : non pri⁹ in puteu3 descendisses:q̄ egressu3 pensiculate uidisses.

Fabula significat: quod homines consilio prediti rerum finem prius inspiciunt q̃ȝ dent operam rebus gerendis.

De uulpe et leone.

Vulpes: que nunq̃ȝ uiderat leonem: cum illi forte obuiasset: eo pertimuit: ut mortem pene obiret. Rursuȝ illuȝ cuȝ aspexisset pertimuit: sed minime ut primũ. cum tertio cum intuetur prope accedens fuit causa coram disserere. Fabula significat quod rerum terribilia usus et consuetudo domestica facit.

De cato et gallo.

Catus cum gallum cepisset: atqȝ causam quereret: qui eum comedere posset: illum criminari cepit: quod esset animal turbulentũ: qui noctu clamitando haud permitteret quiescere mortales. gallus se excusabat: quod id ageret ad coꝝ utilitateȝ: cum ad opera facienda illos excitaret. Rursum catus ait impius es ac supramodum scelestus: qui agis continuo contra naturaȝ: cuȝ nec a matre: nec a sororib⁹ te abstineas: sed per incontinentiaȝ cum illis te cõmisceas. gall⁹ iteȝ defendebat: quod domini sui questus gratia id quoqȝ ageret: Enimuero ex huiusmodi coitu galline pariunt oua. tunc inquit catus: excusationibus licet abundes: ego tamen ieiunare haud intendo. Fabula significat: quod qui prauus existit natura: cum semel delinquere animo proposuit: q̃uis cause desit pretextus a prauitate tamen non desistit.



De uulpe sine cauda.

Uulpes ut e laqueo euaderet: abscisa cauda cum e pudore uitam sibi mortem putaret: excogitauit alias dolo inducere uulpes: ut sub communis comodi specie sibi singule caudam abscinderent: et sic suum dedecus leuaret. Itaque ad unum uulpibus congregatis suadet. ut caudam sibi abscindant: differens: caudam non modo dedecori uulpibus esse: sed oneri graui atque inepto. e uulpibus una ei facete respondit: heus soror si res ista tibi soli conducit: cum non itidem aliis consulere haud est equum. Hec fabula ad eos spectat: qui sub caritatis specie: suum comodum consulendo prospiciunt.

De piscatore et sinaryde pisciculo.

Piscator quod mari rete tetendit: eo sinaryda cepit pisciculum: que parua adhuc etate piscatorem orabat: ut dum grandis esset: atque maiorem questum ex ea asseq posset: eam uita donaret. huic piscator lepide respondit: ego quidem mente carerem: si quod minimum michi est lucrum: id dimitterem amplioris spe questus. Fabula significat quod certa pro certis: quamuis in eis magna insit spes: stultum est dimittere.

De uulpe et rubo.

Uulpes cum sepem quandam ascenderet: ut periculum uitaret quod sibi eminere uidebat: rubum manibus comprehendit: atque uolam sentibus profudit. et cum grauiter saucia foret: gemens inquit ad rubum: ut me

iuuares:cum ad te confugeris tu deterius me perdi disti.cui rubus: errasti uulpes ait: que pari dolo me capere putasti : quo cetera capere consueuisti . Fa bula significat.quod stultum est implorare auxiliuz ab illis : quibus a natura datuz est obesse potius q̈ aliis prodesse.

De uulpe et crocodilo.

Uulpes:et crocodilus de nobilitate contendebant.cuz crocodilus multa pro se adduceret : ac supramoduz se iactaret de splendore progenitorꝝ suorꝝ: Uulpes ei surridens ait.heus amice:etsi hoc tu quidem non dixeris ex tuo corio clare apparet:quod multis iam annis tuorꝝ splendore fuisti denudatus . Fabula significat :quod homines mendaces res ipsa potissi mum refellit .

De uulpe et uenatoribus.

Uulpes uenatores effugiens ac per auia currendo iam defessa homineȝ casu reperit lignariuȝ: quem rogat ut se quoquo loco abscondat. Ille tectoriuȝ sibi ostẽ dit . Uulpes illud ingrediens in angulo quodam se abscondit. Assunt uenatores lignarium si uulpeȝ ui derit rogant . lignarius uerbis quidem se uidisse ne gat : manu uero ubi uulpes latebat locum ostendit. Uerumeniȝ uenatores re haud percepta statiȝ abe unt.uulpes ut illos abisse prospicit:tectorio egrediẽs tacita recedit:lignarius uulpem criminat⁹:quod cuȝ saluam fecerit:nichil sibi gratiarꝝ agat. tunc uulpes

se ꝯuertens illi facete ait. heus amice si manuꝫ opera ac mores uerbo similes habuisses: meritas tibi ꝑsol uerem gratias. Fabula significat: quod homo ne quam etsi bona pollicetur: mala tamen et improba prestat.

De gallis et perdice.

Gallos q̈plures cum quis domi haberet: quaꝫ emerat perdicem illis compascere permisit. Sed cum galli illam infestarent: rostrisq; percullerent: perdix ea in iuria uehemēter perdoluit: putans quia aduena nec eo genere esset: eas sibi inferri iniurias. Gallos de inde cuꝫ ad inuiceꝫ certātes ꝯspiceret: perdix amota animi ꝑturbatione ait: de cetero eq̄dem haud trista bor postea q̈ inter eos odiosa certamina cerno. Fabula significat: quod hoīes sapiētia prediti modera to animo ferunt iniurias ab illis uel maxime sibi il latas: qui nec sibi nec suis parcere sciunt.

De uulpe et larua.

Uulpes citharedi domum ingressa: duꝫ que domi pa rata sunt: sagaciter explorat: larue caput reperit arte industriosa compositū. quod manibus capiens ait. o quale sine cerebro caput. Fabula significat. quod nō omnes corpore decori eandeꝫ animo habent pul chritudinem.

De homine et ligneo deo.

Homo quidam deuꝫ ligneuꝫ domi habens euꝫ orauit:

ut boni quippiam sibi tribueret. sed quanto magis orabat:eo res domi angustior erat. demum ille concitus ira deum cruribꝰ capit:et caput parieti percutit illi.excisso igitur capite multum auri exiliit.quod homo colligens ait.peruersus nimium es:atq; perfidꝰ: qui dum in honore te habui:nichil equidem profuisti percussus uero ac uerberatus boni plrimum contulisti. Fabula significat quod homo neq; si quando prodest id efficit ui coactus.

De cane ad cenam uocato.

Vir quidam cum cenam opiperem parasset :amicum quendam domum uocauit: eius quoq; canis canem alterius ad cenam inuitauit. Is domum ingressus. cum tantum dapium uidet apparatum :letus secum ipse ait. Hodie porro ita me explebo: quod die crastino comedere non indigebo. His dictis motu caude applaudit. Coquus uero eum conspiciens.tacitus per caudam capit : atq; illum sepius rotans p fenestras proicit.ille attonitus:humo assurgens:dum clamando aufugit: ceteri canes sibi occurrũt : atq; rogitant q̈ opipere cenauerit.at ille languens ait: ita potu ac dapibus me expleui: quod quam exiuerim uiam non uidi. Fabula significat:quod quibꝰ rebꝰ qui doliturus est rebus illis letari non debet.

De aquila et homine.

Aquilam homo quidam cum cepisset: pennis alaꝝ sibi euulsis inter gallinas morari dimisit.eam deinde

quidam mercatus pennis alas denuo muit. tuꝫ aq̄la uolans leporem capit: fertqꝫ illum benefactori suo. quam rem conspiciens uulpes: homini ait: noli hanc aquilaꝫ: sed uti prius hospitio habere: ne ceu lepores te eque uenetur. tuꝫ homo aquile item pennas euulsit. Fabula significat. quod benefacientes sunt quidem remunerandi. improbi uero omni studio uitandi.

De uiro agricola.

Homo quidaꝫ agricultor existens: cum finem uite sibi adesse cognosceret: cuperetqꝫ filios in agrorꝫ cultu fieri peritos: eos uocauit: atqꝫ inquit: Filii ego e uita decedo: bona mea in uinea ꝯsita sunt omnia. Illi post patris obitum putantes in uinea thesaurum reperire: assumptis ligonibus marris ac bidentibus uineam funditus effodiunt. nullumqꝫ thesaurum inueniunt. Uerumenim uinea cum probe effossa foret: longe plus solito fructus produxit: atqꝫ illos diuites fecit. Fabula significat. quod labor assiduus thesaurum parit.

De carbonarioet lotore.

Carbonarius lotorem quendam rogauit: ut quam precio ꝯduxerat domum secum pariter cohabitaret. At lotor rei alias expertus ait. Id conducibile haud michi esset. Naꝫ que albificarem: ea omnia carbonum fauillis ipse maculares. Fabula significat. quod res natura dissimiles stare simul cōmode nō possūt.

De uulpe exuriente.

Vulpes ingenti fame cocita cum quodam in tectorio carnis frustum ac panem reposita prospiceret: tecto rium ipsum intrauit: atq3 tantum comedit: quod ad ingentem tumorem uentrem distendit. et cum ex ni mia uentris tumefactione inde egredi neqret: tumés gemebat. Eius gemitu3 uulpes alia transiens illac: cum audiret: illuc accedit rogatq3 quia na3 gemeret deinde causa3 gemitus edocta lepide ait. istic mané dum est usq3 dum eo tenuis efficiaris: quanta eras cu3 intrasti: na3 eo pacto facile egredieris. Fabula significat. quod nichil est tam duru3: quod tempus non dissoluat.

De piscatore quodam.

Piscator quidam piscandi inexpertus: tibiis ac rete as sumptis iuxta maris littus accedit: atq3 saxo quodá super existens: imprimis tubicenare cepit: putás can tu se pisces facile esse capturu3. Veru3 cantu cum nullu3 consequeret effectum: depositis tibiis rete in mari demittit: ac pisces cepit perplures. Sed cú ex rete pisces extraheret: atq3 eos saltantes perspiceret non insulse ait. o improba animalia: du3 ad tibiam cecini: saltare noluistis: núc quia canere non cesso sal tus datis assiduos. Fabula significat. quod omnia probe fiunt: que fiunt tempore suo.

De piscatoribus quibusdam.

Piscatores piscatum profecti diuq3 piscando defessi:

fame preterea ac merore quod nichil cepisset ꝯfecti
cuȝ abire decernunt: ecce piscis quidaȝ aliuȝ fugiēs
se insequentes in naviculaȝ saltat:illum piscatores su
pramoduȝ leti cōprehēdunt:ac in urbeȝ reuersi gran
di precio uendunt. Fabula significat.quod frequē
tius fortuna id exhibet:quod ars efficere nō potest.

De uiro inope et infirmo.

Homo quidaȝ pauper cuȝ egrotaret: diis uouit:quod
si eo morbo liberaret᷒:boues centuȝ imolaret: quod
dii expiri uolentes sanitateȝ illi facile reddunt. liber
igit᷒ a morbo cuȝ boues : qa paup non haberet ossa
bouuȝ centuȝ collegit:eaqȝ sup altari deponens lepi
de inquit. Ecce quod uoui uotuȝ uobis nunc per
soluo. At dii illum ulcisci uolentes : in somnis sibi
assistunt:atqȝ inquiunt.Ad maris littus pergito:ibi
enim in loco semoto auri talenta centum reperies.
Ille expergefact⁹ somnii memor dum pergit ad lit
tus:incidit in latrones captus itaqȝ eos rogabat:ut
se missuȝ facerent:quoniaȝ mille talenta auri psolue
ret eis. Fabula significat. quod homo mendax
deos et homines pariter contemnit.

De uulpe et pardo.

Uulpes cum pardo de pulchritudine contendebant:cu
uarias corporis notas pardus sibi duceret decori.uul
pes ei comiter ait: ego quideȝ longe formosior sum
iudicanda:que non corpus:sed animuȝ uariis notis
hēo notatuȝ. Fabula significat.quod decor mentis

est potior omni corporis ornatu.

De piscatoribus quibusdam.

Piscatores qdam e mari rete trahebant: quod cum graue esse sentirent letitia gestiuit: putantes multos pisces habere irretitos: sed ut rete in terram traxerut: pisces quidem paucos: saxum uero ingens reti inesse cum perspiciunt: longe tristantur. Quidam ex illis natu iam grandis non inurbane sociis inquit. Animis estote quietis: quippe letitie soror est mestitia: oportet enim casus prospicere futuros: illosque ut leuius quis ferat: persuadere sibi esse euenturos. Fabula significat quod qui reminiscitur sortis humane in aduersis minime frangitur.

De ranis regem petentibus.

Rane merentes quod sine rege forét: Joui supplicatu oratores mittunt: ut regem sibi dedat. Jupiter earum simplicitaté cognoscés lignum i stagni mediu demisit quod cum in stagnum cecidit: eius sonus supramodum terruit ranas: que cum lignum esse nouerunt: rursum Joui supplicatum mittunt: ut regem uiuum haud mortuum sibi dedat. Jupiter stultis earum precibus motus ydrum illis dedit in regem. Is in diem cum ranas deuoraret: tertio Jouem rane pcantur: ut regé seuum atque immanem ab eis amoueret. tuc Jupiter inquit: quem tot precibus regem exorastis: eum uobis perpetuum habetote. Fabula significat. quod sepe ea precamur: que impetrasse postea nos penitet.

35

De cata in feminam mutata.

Cata quedaꝫ ſpecioſi cuiuſdã adoleſcẽtis amore capta Venereꝫ orauit: ut eaꝫ in hominẽ mutaret. Venꝰ illius miſerta in formam hominis mutauit eam: que cum longe ſpecioſa eſſet: amator domum ſubito ad duxit. ſꝫ cuꝫ in cubiculo ſimul ſederẽt: Venꝰ expiri cupiens: ſi mutata faciem mutaſſet et mores: in me diuꝫ ꝯſtituit murem: queꝫ cuꝫ illa proſpexit: oblita forme et amoris ſui: mureꝫ ut caperet: perſecuta eſt: qua ſuper re Venus indignata: denuo eaꝫ in priorẽ cate formaꝫ mutauit. Fabula ſignificat. quod ho mo neq̃ꝫ licet perſonaꝫ mutet: mores tamen retinet eoſdem.

De ſene mortem uocante.

Senex quidam lignorꝫ faſcem ſuper humeros ex ne more portãs: cuꝫ longa uia defeſſus eſſet: faſce humi depoſito mortem uocauit. ecce mors aduenit: cau ſamqꝫ rogat quamobreꝫ ſe uocauerit: tunc ſenex: ut hunc lignoruꝫ faſceꝫ ſup humeros michi imponeres ait. Fabula ſignificat. quod quiſqꝫ uite cupidior eſt: licet milibus ſubiciatur periculis mortem tamen ſemper deuitat.

De muliere et medico.

Mulier anus cuꝫ ophthalmiaꝫ pateretur: medicuꝫ ad ſe curanduꝫ accerſit certuꝫ pretiuꝫ ſibi dare promit tens: ſi eo morbo curaretur: ſi uero non liberaretᵒ: ni chil ei debere pacta eſt. Medicus uero: quotiẽs illaꝫ

ibat curatus: totiens quippiã e domo clam exporta
bat. Mulier igitur ophthlamia curata: cũ nichil su
arũ rerũ domi esse prospiceret: medico mercedẽ
pactã petenti soluere denegat. quamobrem uocata
in iudiciũ: pactũ quidẽ non denegat: sed se cura
tã ophthalmia esse id uero pernegat aiens cũ ceca
eram domũ multa suppellectile refectam uidebã:
nunc cum uideo ut medicus ait nichil rerum domi
esse perspicio. Fabula significat. quod homines
auaritie dediti sibimet sepius contradicunt.

De agricola et canibus.

Agricola quidã magnitudine hyemis in suburbanis
se locauit. sed cũ alimonia sibi deficeret: caprãs et
ouibus primũ uesci cepit. cũ uero indiẽ magis se
uiret hyems: bobus quoqȝ nec pepercit: quod facinꝰ
cũ animaduertunt canes: inuicem uerba faciunt.
Quid hic stamus iquiunt: cur mortẽ nobis incum
bentem non fugimus? putamꝰ ne eũ nobis parcere
uitã: q alimonie gratia boues iugulauit. Fabula
significat. quod eos fugere debemꝰ: q in carissimos
crudeliter se ferunt.

De agricola et filiis.

Agricola quidam q̈plures habuit filios continua sedi
tione discordes: ac eius admonitiões perpetuo negli
gentes. Cum forte una domi omnes sederent: iuſ
sit pater uirgarꝫ fascẽ coram deportari: atqȝ natos
cepit hortari: ut integrꝫ fascẽ disrumperent. Cũ

36

igit° fascem cuꝫ totis uiribus frangere non possent: genitor precepit ut soluto fasce singulatis frangerent uirgas: cuꝫ quisqꝫ facile hoc perficeret. tūc facto silentio pater ait eis: si quando animis idem sentietis nati michi carissimi: nec ab inimicis superari poteritis. sed si inter uos seditiōes seruabitis: qui uolet: is facile uos perdet. Fabula significat. quod fortior est unio: qꝫ seditio non est imbecillis.

De muliere et gallina.

Vidua quedam mulier gallinam habuit: que die quolibet pariebat ouuꝫ. putauit Mulier more ingenii humani quod sitis habendi semper sollicitat: gallinam illaꝫ die bis parituā si plus spelte traderet ei solito. At gallina pluri alimonia pinguior facta: id unuꝫ desiit parere ouuꝫ. Sic mulier ex quo maius lucruꝫ queritabat: id ceca augendi cupiditate amisit. Fabula significat. quod plurimum cupiditate rerum presens quandoqꝫ deperditur questus.

De homine a cane morso.

Homo quidaꝫ: cuꝫ eū canis momordisset: sūmo cū studio sciscitabat°: a quo sanari posset. qdaꝫ sibi obuiā factus atqꝫ de medico rogatus ait: si uis amice fieri sanus: nō est tibi opus medico. Naꝫ si canis qui te momordit: a uulnere lingua sanguinem terget: ista cura nichil potius reperiri potest. Alter arridens uenustissime inquit: si huiuscemodi utor remedio in diem magis ac magis a canibus mordebor. Fabula

significat. quod ab hominibus neq͡z incōmoda pro comodis: et mala pro bn̄ficiis retribui solent.

De duobus amicis et ursa.

Amici duo duz rus uiarent: ursa eis obuiaz occurrit: qua prospecta alter eoꝝ territus: ut se saluaret: continuo arbores ascendit. alter cuz urse uiribus posse obsistere dubitaret: uti mortuꝰ humi iacuit resupinꝰ retinens flatuz atq͡z anhelituz. cū nec ore haud naso respiraret: ursa euz exanimatuz existimans abiit. dicunt eiz a cadauere ursas omnio se abstinere. Alter deinde ex arbore descendens: qd in aure sibi dixerit ursa: sociuz rogauit. Ille urbano sermone respōdit. admonitꝰ suz ab ursa: ut cuz huiusmodi amicis non proficiscar amplius. Fabula significat. quod eoꝝ amicicia colenda non est: qui cuz est opus: amicis subsidia denegant.

De adolescentibus duobus et coquo.

Adolescentuli duo equis sumptibꝰ carnes coemerunt: et curatuz coquo tradiderūt. obiter coquꝰ dum aliis uacat negotiis: alter iuuenuz carnes eas clanculum accepit: ac socio tradidit. coquo deinde carnes queri tanti qui acceperat: se haud habere iurat. Qui uero habebat se non accepisse iurabat. coquus percepto iuuenuz dolo ait. Etsi fallor equidem a uobis: per quem uero iuratis: res ista non latebit deum. Fabula significat. nullum scelus posse latere deum.

De duobus inimicis.

Duo quidaꝫ gladiatorio animo inter se inimicicias ha bentes una in naui nauigabant: et cuꝫ alter eodeꝫ in loco stare cuꝫ altero non pateretur: unus in puppi alter in prora consedit. orta autem tempestate: cum nauis periclitaretur: qui in prora sedebat rogat nauis guber natorem: que pars nauis submergi prius deberet. et cuꝫ gubernator puppiꝫ dixisset: ait ille: Mors michi modo molesta minime est: si inimicum meum prius mori prospicio. Fabula significat. quod inimicus: ut inimicuꝫ perdat: seipsuꝫ perdere sepius eligit.

De calamo et oliua.

Quenaꝫ esset fortior durior et magis resistens: canna et oliua inuicem contendebant. oliua calamo humilita tem obiciebat: eo quod uentis facile cederet. Huic dicto unuꝫ harundo haud reddidit uerbuꝫ. Paulo post turbine uehementi haspirans radicitus euulsit oliuam: totis uiribus sibi obsistenteꝫ. At canna flati bus se inclinans saluteꝫ facile est assecuta. Fabula significat: quod potentioribus sine ꝯtrouersia mos ē in tempore gerendus.

De uitula et boue.

Uitula cuꝫ boueꝫ aranteꝫ perspiceret: illuꝫ pre se que nichil agebat ꝯtempsit. sed cuꝫ imolatiōis affuit dies bos quideꝫ missus: uitula uero ut imolaretur retenta est. quaꝫ rem bos cum ꝯspicatur: surridens ait: heus uitula ideo nō laborabas: ut imolareris. Fabula signi ficat. quod ociosis et nichil agentibus pericula quoqꝫ

eminent.

De puero et fortuna.

Cum puer quidam iuxta puteum dormiret: fortuna il luc accedens illum excitauit inquiens: surge et hinc ocius abi: Quippe in puteum si caderes: non tuam inscitiam: sed me fortunam omnes accusarent. Fabula significat. quod frequens pericula culpa nostra incurrimus. deinde absre fortunam accusamus.

De muribus et cato.

Domo quapiam quod perplures forent mures: catus presentiens: illuc accessit: atque nunc unum: nunc aliu capiens: complures interimendo comedit. Uerum mures cum se in diem consumi perciperent: ad unu coacti inquiunt secum. de cetero inferius non esse descendendum: si nolumus perditum iri omnes. sed hic superius manendum: quo catus ascendere non pot. At catus consilio murum percepto: simulans se mortuu esse: posterioribus pedibus se ad palum suspendit. qui fixus parieti erat. e muribus quispiam deorsum acute prospiciens: ut catum esse coguouit: haud infacete ait. heus amice et si te follem esse certo scirem: deorsum minime descenderem. Fabula significat. quod uir prudens semel si fallitur: fictis et simulatis hominibus non amplius fidit.

De simia et uulpe.

Apud brutorum animalium concilium: simia ita apposite saltauit quod oium fere consensu rex statim fuit creatus.

38

At uulpes inuidens ei:ubi uiderat carnes laqueo in fouea sitas:illuc simias ut duxit:inqt ad eas:hic thesaurus absconditus est:qui ex lege spectat ad reges. q̃re cuꝫ tuus ex lege sit:tute ipse capias illuꝫ. simia uulpis suasu illuc temere accedẽs: ut se captã laqueo sensit.uulpeꝫ acriter accusat:que dolo se deceperat. Ei uulpes haud illepide ait.heu stulta: que cuꝫ fortuna te extulisset:dominari ceteris iaꝫ te putabas dignam. Fabula significat: quod qui temere quippiam aggredit᷑: temere in aduersa incidit ac uulgo ridiculus fit.

De ceruo et leone.

Ceruus uehementi siti cuꝫ uexaret᷑: ad fonteꝫ proficiscitur:dumqꝫ potat:suam in aqua prospiciẽs umbrã ualde letat᷒ est magnitudine cornuuꝫ ac ramositate. deinde pedes ⁊ crura prospiciens nimiuꝫ tristat᷒ est. Hec dum animo uertit:ecce leo apparet:ac ceruuꝫ ꝑsequit᷑.at ceru᷒ fugaꝫ arripiens leonem ꝑ campos longe anteibat. Dicunt enim ceruoꝝ uires ꝯsistere in pedib᷒:at leonis in animo stare robur.Quousqꝫ igitur leo per campos secutus est ceruuꝫ:cum asseq non potuit. Casu uero ꝯtigit ceruum nem᷒ intrare ubi cornibus ad ramos implicitis:cũ fugere non posset a leone capt᷒ cuꝫ se moritu͛ꝝ uideret. heu me miserum inqt:qui cornibus gauisus:ipis cornib᷒ pereo. Fabula significat.quod que putam᷒ nobis profutura ea nobis sepius obsunt.

De agricola et pelargo.

Agricola laqueos in agro tetendit: ut grues: et anseres uenaret: q sata sua ꝯtinue depascebāt. at simul cū il lis uenatꝰ est pelargus: q pede tentꝰ: rogat agricolā: ut eum soluat: missumq faciat cū nō sit grus: nec spe anser: sed pelargus auiū piissimus: q parentibꝰ semper deseruit: nec illos in senecta deserat unq̄. ei agricola surridens ait: que dicis haud me fugiunt. nam q sis: probe teneo. sed his simul captus cū sis: his quoq simul est moriēdū. Fabula significat. quod qui cū improbis quopiā dephendit crimine pari pena plectitur cum illis.

De agno et lupo.

Agnus in domo bene clausa existēs: cum lupum ad se uenientem perspicit: illū conuitiis: et maledictis per sequitur: At lupus inquit ei. non tu: sed locus inac cessibilis: michi conuitia dicit. Fabula significat. quod locus et tp̄us faciunt timidos plerūpe audaces.

De Ioue et coruo.

Iupiter uolatilibus regem creare uolens: diem ꝯcilii auibus indixit: ut qui speciosior esset: rex sibi ꝯstitue retur. quā rem p̄sentiens coruꝰ: ac sue deformitatis ꝯscius: pennis aliorū hincinde collectis: se decorauit: ac speciosissimū omniū se reddidit. Adest dies pre finitus. ueniunt ad ꝯcilium aues. Iupiter coruū ob pulchritudinem cum regem auibus creare uellet: id aues indigne ferentes: queq suas a coruo extrahūt

pennas. At corvus alienis pennis cum esset exutus: corvus ut erat: demū remansit. Fabula significat quod q̄ rebus pendet alienis: illis amissis q̄snaꝫ ipse sit: cuiqꝫ liquido patet.

De tubicine quodam.

Tubicen quidam tube sonitu pugnatum ciebat exercitum. Ab hostibus deinde p̄ insidias captus: miseranda uoce clamabat. Ne absre ac frustra occidere me uelitis. Ego quidem non pugno: nec preter tubaꝫ: quippiaꝫ aliud possideo. Qui eum uinctuꝫ ducebat huiusmodi uerba contra reddiderūt. Hanc ob reꝫ morte dignior es iudicandus: quod cum hostibus manuꝫ conferre deuitans: alios sonitu ad pugnaꝫ hortaris. Fabula significat quod grauiori pena sunt iudicandi: qui cuꝫ ipi iniuriaꝫ non agant: alios ad iniuriam agendum impellunt.

De fabro et cane.

Faber quidam catulum habebat: qui dum ipse ferꝝ cuderet: continue dormiebat. cuꝫ uero manducabat: canis statim surgebat: et que sub mensa erant deiecta ceu ossa et alia huiusmodi: sine mora corrodebat quam rem animaduertens faber ait ad canem. heus miser quid faciaꝫ nescio. qui duꝫ ferꝝ cudo: ꝯtinue dormis et segnitia teneris. Rursus cum dentes moueo: statiꝫ surgis: et cauda michi applaudes. Fabula significat. quod secordes et somnolenti. qui ex aliorꝫ uiuūt laborib⁹: graui censura sūt coercendi.

De mula quadam.

MUla quedam nimio ordeo pinguis effecta: nimia pinguedine lasciuiebat: secum inquiens. pater michi equus fuit: qui cursu celerrimus erat. et ego ei per omnia sum similis. parum post contigit: quod oportuit mulam quantum potuit currere: sed cum cursu cessauit heu me miseram inquit: que equi filiam me esse putabam. At nunc memini Asinum michi patrem fuisse. Fabula significat. quod stulti in prosperis seipsos dedicunt: sed in aduersis suos persepe recognoscunt errores.

De thunnuo et delphino.

Thunnus cum eum delphinus persequeretur: magno elatus impetu ac stridore: a uehementi fluctu in insulam defertur: eundemque in scopulum a fluctu eodem delphinus dum se putat capere thunnum: ipse quoque defertur: thunnus conuersus cum delphinum expirantem animam perspicit secum ipse ait. mors michi molesta admodum non est: ex quo mortis auctorem mori simul mecum perspicio. Fabula significat. quod quiuis aduersa leuius fert: cum aduersitatum auctores eadem aduersitate opprimi perspiciunt.

De medico quodam.

MEdicus quidam cum quem curaret egrotum eum mori contigerit efferentibus funus aiebat. uir iste si se uino abstinuisset: et clysteriis usus fuisset: eum mori non contigisset. ex his qui aderant quispiam medico haud infacete ait. heus medice ista consilia cum prodesse

40

quibant : dicenda fuerunt : non nunc cum nichil ua leant prodesse. Fabula significat. quod ubi haud prodest ꝯsilium id eo tempore dare: est sane amicuꝫ deludere.

De Aucupe.

Auceps aucupatum calamis uiscoqꝫ tetendit: et cum Turdum canere arboris desuper ramuꝫ aspexit: ut euꝫ caperet: calamos erexit. at interambulanduꝫ pe de altero uiperaꝫ calcauit: morsusqꝫ ab ea: cuꝫ iamiā ob uenenuꝫ se deficere persensit: heu me miserꝝ inge muit: qui dum aliuꝫ capere festino: alter ad morteꝫ me est aucupatꝰ. Fabula significat. quod que cō tra alios facere nitimur ea ꝑsepe ab alio ipi patimur.

De castore.

Castor est animal quadrupes: qui in paludibꝰ se nutrit eius testes uariis medelis utiles esse dicunt᷑. Itaqꝫ cum quispiam eum sequit᷑ sue persecutionis causam non ignorans: ac pedum uelocitati fidens: quantum potest fugit: usqꝫ quo ad locum ne uideatur: saluus deueniat: atqꝫ ibi testes excidens: in uenatores cum sibi appropinqͣnt: proicit. et isto pacto a uenatoribus se eripit. Fabula significat. quod sapiens ut a pe riculis se eripiat: nichil intemptatum deserit.

De pnero oues pascente.

Puer qdam cum oues eminentiori in loco depasceret sepiꝰ clamabat. heus o a lupis michi succurrite. Qui circum aderant cultores agroꝝ: cultum omittentes

ac illi occurrentes : atq3 nichil esse comperientes ad opera sua redeunt . Cu3 pluries puer id ioci causa fecisset:ecce cum lup⁹ pro certo adesset : puer ut sibi succurrat' serio clamat. Agricole id uerum non esse putantes:cu3 minime occurrerent:lupus oues facile perdidit . Fabula significat quod qui cognoscit' mentiri: ei ueritas postea non creditur.

De coruo et uulpe.

Coruus cum carnium frustum rapuisset arbore3 quen dam supersedit.uulpes eum suspiciens: atq3 carnes sibi cupiens:illum arte aggredit'.Stans igitur sub arbore : coruum laudare occipit aiens : o q̃3 magna auis est hec:q̃3 speciosa:q̃3 uenatrix:q̃3 formosa:hāc decuit esse auium regem . Nam omnia regia super alias sibi sunt aues:si modo uocem haberet: his lau dibus coruus inflat⁹ et dici mutus haud ualens pati ulterius:dum magna uoce crocizat:carnes humi de cidunt.illas cu3 uulpes rapuisset:conuersa inquit ad coruu3.heus corue omnia decora tenes:modo mente haud careres . Fabula significat.quod qui adula toribus nimiu3 credunt:hi que nō putant:in aduersa sepius incidunt .

De cane et lupo .

Canis cum ante aulam dormiret:lupus superueniens eum statim cepit:et cum ipsu3 occidere uellet: canis ne eum occideret rogauit. Inquiens.here mi lupe : nūc me occidere noli.na3 ut uides:tenuis su3: gracilis

et macilent⁹. Sed herus meus nuptias in proximo facturus est:ubi si parum me expectas:ego opipere manducas:atq3 pinguior factus:ero tibi utilior.lup⁹ his uerbis fide3 habens:cane3 demisit.paucos post dies lupus accedens:cum canem domi dormientem repperit:stans ante aula3 cane3 rogat:ut sibi promissa prestet. ei canis haud rustice inquit. heus lupe. si ante aulam decetero me reperis: haud amplius nuptias expectes. Fabula significat. quod sapiēs cum periculum uitat:ab illo postea continuo cauet.

De coruo egrotante.

Coruus cum egrotaret matrem rogauit:ut sua pro sanitate deos precaretur inquiens:mater noli plorare. sed deos potius precare:ut sanitate3 michi restituāt. ei mater scite respondit:que3 deoꝝ tibi fore propitiū putas? cu3 nullus sit e cuius aris sacra nō rapueris. Fabula significat.quod qui in prosperitate quemuis offendit: in aduersis amicum sibi reperit neminem.

De cane carnes portante.

Canis ore ferens carnes:ac flumen transiens: cu3 sub aqua umbram prospexit: putauit alium esse canem: qui plus carnium deferret. Itaq3 quas ipse ferebat: eas carnes sub aquis ire demisit:et ut umbram caperet:se mouit.sed carnes et umbram: que sane nichil erant:simul perdidit. Fabula significat.quod cupiditate plus semꝑ habendi:que tenemus: ea sepenumero perdimus.

De leone et rana.

Leo cum ranaз magniloqceз audiret: putans aliquod magnum animal esse: se retrouertit: parumqз stans: ranam e stagno exeunteз uidet: quaз indignabund? statim pedibus calcauit. aiens nullum amplius ut te perspiciat animal clamore mouebis. Fabula significat. quod apud uerbosos: preter linguam nichil reperitur.

De leone sene.

Leo cum senuisset: nec uictuз sibi querere posset: uiaз machinatus est: q alimenta haud sibi desint. Ingressus igitur speluncam: grauiter egrotare iacens simulabat. Animalia illum uere egrotare putantia: uisitandi gratia ad euз accedebant: que leo capiens singulatim mandacabat. cum multa animalia iaз occidisset uulpes leonis cognita arte: aditũ spelunce accedēs: leonem quo ualeat pacto: exterius stans rogat. ei leo blande respondens ait: uulpes filia cur non intro ingrederis ad me? Si uulpes non illepide ait quoniam here mi animalium ingredientium perplura eqdem uestigia cerno: sed egredientiuз uestigia nulla. Fabula significat. quod homo prudens: quia pericula eminentia prouidet: illa facile deuitat.

De leone et tauro.

Leo ingentem taurum per insidias sequens: cum prope accessit: euз uocauit ad cenam ingens amice ouē occidi: hodie mecum si placet cenabis. Taurus leoni

morem gerens : ut discubuerunt :cum multos lebe
tes:necnon magnos et plures obeliscos paratos con
spiceret:et oues ibi nullas adesse:euestigio abiit:quē
leo abeuntem perspiciens:cur abiret rogauit.ei taurus
haud inurbane respondit.nō de nichilo equidem abeo
cum instrumenta non ad ouem: sed ad taurorum coquen
dum uideam esse parata. Fabula significat.quod
homines prudentes minime latent improborum artes.

De leone asino et uulpe .

Leo.asinus.et uulpes cōflata inter se societate:uenatum
exeunt. cumque multam predam cepissent:Leo asino
mandat:ut predam diuidat.Asinus cum eam in tres
partes equales esset partitus. optionem capiendi so
ciis dedit: quam partionem leo indigne ferens:ac dē
tibus frendēs: a diuisione deposuit eum : mādauitque
uulpi:ut predam ipsa partiretur. At uulpes illas tres
partes in unum colligēs:ac prede nichil sibi seorsum
relinquēs:leoni omnia tradidit.Tunc leo uulpi ait:
quis te partiri edocuit . inquit ex tempore uulpes :
Asini periculum id me facere instruxit . Fabula
significat.quod aliorum pericula homines faciunt cau
tiores.

De leone cuiusdam Rustici filiam amante.

Leo cuiusdam rustici filiam amabat:illam cum habere
cuperet:patrem uirginis rogauit.ut sibi nubere ipsam
assētiret.ei rusticus ait. nullo pacto modo se assensurum
quod filia bestie nubat. cum illum leo torue aspiceret:

ac dentibus frenderet:rusticus muttato consilio ait: se cupere ei filiam nubere: modo dentes et ungulas prius cedat:euellatqꝫ:quoniam uirgo illis rebus longe terretur. Leo id postqꝫ pre nimio amore fecit:rusticum adiens:filiam sibi dari postulat. At rusticus leonem cum ungulis et dentibus perspicit inertem: arrepto fuste illum frequens pulsando persequitur. Fabula significat. quod qui inimicis se comittit: de facili perit.

De leena et uulpe.

Leena cuꝫ a uulpe sepius exprobaretur:quod quolibet partu unum duntaxat pareret catulum:ait. unuꝫ sane:at pol leoneꝫ. Fabula significat. quod pulchritudo haud in opia reruꝫ:sed in uirtute consistit.

De lupo et grue.

Lupus in gutture osse retento:cum longe cruciaretur grui pretiū obtulit:si illud e gutture extraheret. grus rostro cum os e gutture extraxit:pretiuꝫ sibi promissum expostulat. Ei lupꝰ surrideus:simulqꝫ dentes acuens ait: satis pretii tibi esse debet: quod ex lupi ore caput sine lesione eduxeris. Fabula significat. quod apud improbos gratitudo non parua habetur: si pro obsequio quis detrimentum non recipit.

De lupo ⁊ agno.

Lupus cum agnuꝫ inuenisset errantem euꝫ non cepit fortissima manu:sed causam quesiuit:qua iure uel iniuria eū comederet. igitᵉ agno uerba huiusmōi fecit.

tu michi abunde iamdiu intulisti iniurias. Agnus gemendo ait: quo modo id fieri potuit: cuȝ nuprime uenerim ad lucem. Lupus denuo ait. agrum michi pascendo deuastasti. Agnus inquit ei: cuȝ dentibus etiam caream: id facere nequiui. Lupus rursuȝ ait. Ex meo quoqȝ fonte bibisti. ei inquit agnus: quo pacto id fieri potuit: cum aquam ex etate nondum biberim: sed lac matris cibus et potus adhuc michi sit. Lupus demum ira concitus ait: licet tua soluere nequeaȝ argumenta: cenare tamen opipere intendo. agnumqȝ cepit: ac illum manducauit. Fabula significat: quod apud improbos ratio et ueritas locuȝ haud habent.

De duobus gallis intra se certantibus.

Duo galli intra se ruri certabant: qui gallinarum prior dux erat: cum ab altero superatus esset: pre uerecondia se abscondit. alter uero uictoria elatus domus tectum statim superuolans: uehementi alarum plausu cantuqȝ significat se riualeȝ suuȝ pugnando supasse et de aduersario ferre tropheum. dum hec et huiusmodi iactabundus uoce crocisat: ecce aquila cibi indaga: ex alto deuolans: gallum unguib9 rapit: ac pullis suis in alimoniaȝ contulit. quam rem qui uictus erat gallus prospiciens: ceu ex hoste triumphans: in publicum uenit: ac solus gallinis libere potitur. Fabula significat. quod qui prosperis nimium fidit in aduersa sepius preceps incidit.

De uate quodam.

Foro urbis medio quidaʒ uates : cuiuis sorteʒ aperie bat futuram : quamobrem magna hominuʒ frequen tia stipatus : dum uni et alteri suam aperit sortem : ei nunciatur : res suas furtim domo esse ablatas : quo audito domuʒ curriculo duʒ abit : quidaʒ ei obuiaʒ factus : ridicule ait. cuʒ alios quid esset futurꝝ mone bas : q tue sortis nescius fuisti? Fabula significat. quod homines neqʒ corrigunt alios : et sua crimina scire se negligunt.

De formica et columba.

Formica siti in fontem descendit : ubi dum bibere uult in aquam cecidit. Columba quedam arborem fon ti eminentem supersedens : cum formicam aquis ob rui conspiceret : ramulum ex arbore rostro continuo frangit : ac sine mora deiicit inronteʒ ad queʒ formi ca se applicans : ex aquis in tutuʒ se recepit. Obiter auceps quidam aduenit : et ut columbam uenet : ca lamos erigit. formica id percipiens : pedem alterum momordit aucupi. eo dolore auceps ꝯcitus : calamos demittit : quorꝝ strepitu columba territa : ex arbore aufugiens : uite periculum euasit. Fabula signifi cat. quod cum bruta in bnficos grata sint : eo magis esse debent : qui participes sunt rationis.

De uitulo et cerua.

Vitulus ceruе aliquando ait : cum magnitudine sis ma ior canibus : et pedum celeritate cursu uelocior : et ad

pugnam longe cornibus munitior: cuius rei gratia ma
ter: tantopere canes reformidas? ei cerua inquit sur
ridens: quoniam fili: licet que dicis: omnia possideam
canum latratum ferre non possum: sed pre timore fu
gam statim arripio. Fabula significat. quod qui
natura timidi sunt. eos ut audeant: nulla ualet hor
tatio.

De ape et ioue.

Apes que cere mater existit: quondam accedens: ut di
is sacra faceret: Joui donum obtulit mellis. qua ob
latione Jupiter letus: iussit sibi concedi quicquid ipsa
precaretur. Apes igitur rogans ait: Illustrissime deus
deorum: ancille tue concedere uelis: ut quicunque ad alue
are pro rapiendo melle accesserit: is simulac pupu
gero eum continuo moriatur. Qua rogatione Jupiter
diu ambiguus: quoniam genus mortalium longe ama
bat: demum api ait. satis sit tibi: quod quicunque alue
are pro rapiendo melle accesserit: si eum pupugeris
et in punctura stimulum demiseris: continuo ipsa mo
riatur. tibique uita sit ipse stimulus. Fabula signi
ficat. quod inimicis quandoque mala precamur: que
in nos sepius uertuntur.

De Musca.

Musca: que in olam carnium deciderat: cum se in brodio
suffocari sensit: secum ipsa ait. ecce tantum bibi tantum
comedi. tantum me laui: quod iure satura mori possum.
Fabula significat. quod prudentis est: id potenti aio

43

mandat:ut coriario uenundet᷒.cui asinus multo: cū labore et pauco cibo seruiens: heu me miserum cuȝ gemitu ait.qui dominos omittens meliores ad deteriorem perueni.apud quem ut uideo:corium meum etiam post mortem cruciabit᷒. Fabula significat quod priores dn̄os tunc serui desyderant.cuȝ deteriores experiunt᷒.

De leporibus et ranis.

Lepores in unuȝ simul conuenerunt:ubi cum de miseria ipsoꝝ inata dolerent:gemerent ue:quod uita eis q̄ȝ ceteris animalibꝰ data esset miserior.quoniam homines aquile et canes:ad mortem eos usqȝ persequerentur decernunt:meliꝰ sibi fore semel mori:q̄ inuitatam misera diutius permanere.hoc certo ꝯsilio:ut se in stagnuȝ precipitent:dum ocius tendunt:rane que super stagni ripa astabant:ut strepitum audiunt: in stagnum desiliunt:seqȝ aquis submergunt:quaȝ reȝ qui lepus preibat cuȝ ꝯspicatur:reliquis ait.state.nā nobis sentētia mutāda est.Quippe ut liq̄do uidetis animalia:q̄ȝ nos:magis timida reperiunt᷒. Fabula significat.quod cum miser miseriores aspicit:suaȝ equius miseriam fert.

De asino et equo.

Asinus cuȝ equuȝ alimōia et ocio diligenti cura abundare perspiceret: eum longe beatuȝ esse commendabat.seqȝ nimium infelicem dicebat.qui cuȝ multuȝ laboraret : ad saturitatem de paleis haud haberet .

45

At cuꝫ tempus belli aduenit Miles armat⁹ equuꝫ ascendit. ac cum medios decurrit in hostes: equ⁹ mucrone percussus cadit humi prostrat⁹. queꝫ asin⁹ prospiciens ingemuit. eiusqꝫ misertus: sui animi sententiam mutauit. Fabula significat. quod cuꝫ paupꝫtate que mater est quietis quis ꝯuenire debet: poti⁹ q̃ꝫ locupletioribus inuidere.

De asino et lupo.

Asinus quidam pede altero senteꝫ calcauit: claudusqꝫ factus cum lupum ad se uenientem ꝯspiceret nec fugere posset miserabili uoce inquit. heus lupe demori or equideꝫ e dolore: sed ex quo opus est ut tibi ⁊ coruis futurus sim cibus: obsecro q̃tenus tua benignitate sentem e pede uelis extrahere: ut munere tuo extremum sine dolore obeam dieꝫ. Dus senteꝫ dentibus lupus euellit Asinus euꝫ calce percussit. Lup⁹ deinde naso frõte ac dentibus perfractis heu me miseruꝫ exclamat: iure hoc patior deplorãdo reiterat: q cum essem coquus medicus esse uolui. Fabula significat. quod quam q̃sqꝫ nouit ea se exerceat arte.

De Muliere et gallina.

Mulier quedaꝫ gallinaꝫ habebat que aurea ꝯtinuo oua pariebat. putans igitur totam intus auream esse illã occidit. Sed cum aliis gallinis esse simileꝫ repperit: ubi diues fore putauit: queꝫ primo questuꝫ habebat eum plus habendi cupiditate amisit. Fabula significat. quod plus habendi cupiditate id sepe perdim⁹.

quod habemus in manibus lucrum.

De Rana et Uulpe.

Rana palude existens:ceteris animalibus clamādo cū p̄fiteret̄ se medicam esse:farmacoꝝq; peritam: ei uulpes uenustissime ait.qui alios curaueris: cū clo dicantē curare te nescias. Fabula significat.quod alios docere qs non potest id:quod haud didicerit.

De serpente et agricola.

Serpens ante agricole cuiusdā domum latebrā hn̄s: cum ab agricole filio esset percussus:tam acriter ip̄ momordit: quod morsu ex illo puer repēte obiit.hac re cognita:magnus inter parentes gemitus oritur: tum pater merore concitus accepta securi: serpētē ut occideret persequitur uibransq; securim:ut serpē tem percuteret:extremū caude eius cecidit.deinde uolens pacē cū serpente conficere:acceptis farina. aqua.sale et melle. ad reconciliandam inter se amici ciam uocat serpentem.ei serpens sub petra latens: si bilando ait.frustra laboras bone uir. nam inter nos amicicia fore non potest. Quippe dum me sine cau da aspexero:et tu tui filii sepulchrum: quieti animo esse nequibimus. Fabula significat.quod dū in iuriarū recens uel maxime extat memoria odia tol li minime queunt.

De gallina et uulpe.

Uulpes gallinaꝝ tegurium ingressa:cū gallinā nido egrotantem aspexit:eam rogauit:quomodo ualeret:

Cui gallina prompte respodit: meliuscule me habe
rem: si hinc abires soror. Fabula significat: quod
inimicorum presentia nimium est molesta.

De Viatore.

Viator quidam cum multas uias uiasset: uotum Mer
curio uouit: quod si quid reperiret: eius rei medium
sibi offerret. Forte igitur adinuenit peram amigdolis
dactulisq; refertam. et cum putaret id esse argentum
peram capiens amigdolarum nucleos et carnes dactu
lorum ipse comedit. Deinde templum Mercurii
ingressus: atq; aram manibus tenens: uerbis ridicu
lis inqt ad eum. Votum Mercuri nunc persoluo tibi.
Nam quas equidem res adinueni: earum tibi offero
medium ossa scilicet dactulorum: ac testas amigdolarum
Fabula significat. quod homines auaricia deorum
efficit contemptores.

De leone et homine.

Leo et homo cum semel simul uiam uiarent: ac inter
uiandum se quisq; uerbis comendarent: ecce lapidee
occurrunt columne: in quibus erat incisum: quod
homo suffocabat leonem: quam sculpturam homo le
oni ostendens ait: hic uideri licet: quanto homines
leonibus: ac feris omnibus prestantiores sunt: ac ro
bustiores. Cui leo prompte respondes inquit. si apud
leones essent: ceu apud homines: qui sculpere scirent
plures a leonibus homines: q̃ ab hominibus leones
suffocari sculptos uideres. Fabula significat. quod

hōīes iactabundi fingunt se fecisse que facere nunq̄ꝫ tentarunt.

De Vulpe quadam.

Vulpes cuꝫ racemos uuaꝝ plenos iaꝫ ac maturescentes prospiceret: cupida de illis manducare: omneꝫ uiam machinata est: qua illos comprehendere posset. sed cum omnem uiam frustra tentasset: nec desyderio suo satisfacere quiuisset: mesticiaꝫ uertens in gaudium ait. Racemi illi adhuc nimium sunt acerbi. Fabula significat. quod prudentis est fingere se ea nolle: que consequi non posse cognoscit.

De puero et scorpione.

Puer quidaꝫ ruri uenabat᷑ locustas: et cuꝫ scorpioneꝫ capere uellet: scorpio simplicitate eius cognita: ait ei. heus puer: dege in pace ac manuꝫ abstine. si non uis tot᷒ perire. Fabula significat. quod q̄ ad utranq̄ꝫ parteꝫ cogitat: is que sequi et que uitare debeat probe tenet.

De uenatore et perdice.

Venator quidam cum quaꝫ ceperat perdiceꝫ occidere uellet: perdix gemens huiusmodi uerba fecit ad eū. heus perdicum auceps: si me missaꝫ feceris: ac uitaꝫ donaueris alias perplures conducam tibi perdices. ei auceps apposite respondit. nunc eo magis occidi dignam iudico: quod amicos per insidias perdere pollicceris. Fabula significat. quod qui sibi caros perdere dolo querit: is preceps in pericula incidit.

De lepore et testudine.

Testudo cum eius pedes lepus derideret surridens inquit ad eum: si periculum in cursu feceris: quod quam tu uelocior sim: liquido cognosces. cui lepus ait: te profecto fugit: quid mei ualeant pedes. sed iudicem eligamus: qui cursum: et terminum nobis diffiniat. Igitur eligunt uulpem brutorum omnium sagacissimam: que ut locum et cursus terminum constituit: testudo omni segnitie: ac negligentia semota: iter arripiens: haud quieuit: donec ad terminum peruenit. lepus uero pedibus fidens: ubi paulum quieuit: somno excitatus: quantum pedes ualuerunt: ad terminum cucurrit. ibique cum testudinem quiescentem reperit: se cum rubore fatetur a testudine superatum. Fabula significat quod studio et diligentia: non corporis uiribus: res uel maxime conficiuntur.

De salice et securi.

Securis cum salicem cederet: ex ea ipsa cuneos fecit. quibus salicem facilius scinderet. quam rem presentiens salix gemens eiulansque ait. non tantum de securi queror: que hominum manibus me scindit: quantum de cuneis: que fiunt ex corpore meo. Fabula significat. quod in aduersis: non ueri amici infestiores amicis: quam inimici sepius se reddunt.

De puero quodam fure.

Puer quidam e ludo litteratorio: librum socio clam auferens: sue matri tradidit illum: quem mater cum libenter

accepiſſet: nec filius caſtigaſſet: rurſus puer alii ueſtes clam abſtulit: atq; matri quoq; detulit: quam cum mater etiam libenter accepiſſet: puer caſtigatione carens: cum plura in diem ac maiora creſcentib9 annis furaret̃: demum publice captus ceu furti reus: per queſtores publice damnatus eſt morti. ſ; cum ad locu; iuſtitie duceret̃: eumq; mater gemendo ſequeretur: impetrata uenia ut matri ad aurem unu; loq uerbu; ualeret: ad eam ꝯuerſus: atq; os auri matris adherens: uti quippiam ſecreto dicturus: aure; dentibus ſibi abſcidit. Mater uero pre dolore exclamãs mala ſibi imprecat̃. Tunc qui eum ducebant: cum ſupramodum criminarent̃: non ſolu; furti: ſ; quod tam impius fuerit in matre;. Ille abſq; rubore inqt ad eos. Nemini ueſtru; ſit mirum: quod aure; matrem dentibus abſcidi. Ipſa enim huius mee perditionis auctor et cauſa eſt. Quippe ſi me caſtigaſſet. cum ei libru; detuli que; ſocio e ſcholis primu; cla; abſtuli omiſſis pre timore uerberu; furtis: ad hoc in preſentia genus turpiſſime mortis: non perueniſſe;. Fabula ſignificat. quod qui in delinquendo ab initio non caſtigatur: facinoroſior indiem efficitur.

De paſtore et Mari.

Paſtor quidam iuxta littus maris: pecudes paſcens: cum mare ipſu; ſemel placidum aſpiceret: nauigandi ſtudio captus: oues pro dactulis commutauit. quibus naui impoſitis: cu; altum ia; nauigaret: et orta

48

tépestate sine spe salutis fluctuaret que in naui sunt: ea omnia proiecit: atque in portum uix se recepit. De nuo cum oues pasceret: ac rursus mare tamen tranquillum uideret: suo consocio ipsaz maris tranquillitatez commendanti ridicule ait: mare iteruz dactulos cupit. Fabula significat. quod usus et peritia nos redount in periculis cautiores.

De punica et malo arboribus.

Punica et malus arbores de pulchritudine contendebant: cum diu inter se uariis et acerbis contentionibus certassent: rubꝰ ex proximo sepe huiusmodi contentiones accipiens: accessit ad eas: atqz inquit. Satis iam satis certatum inter uos est: quiescite admoduz et ꝯtentionibus finez imponite. Fabula significat quod minores maiorꝝ lites sepenumero ꝯponūt

De Talpa et Matre.

Talpa cecum natura animal est. Hec aliquando matri ait. Ingentem sentio odorez. paruz post cursuz ait. Excelsam aspicio fornacem. Tertio itez ait: Malleoruz sonitus audio fabriles. Si mater comiter ait. Heus filia: tu uti percipio: non solum oculis. sed naso et aurib' orba existis. Fabula significat. quod homines iactabundi: cum magna profitentur: tunc uel maxime in minimis redarguuntur.

De uespis perdicibus ꝛ Agricola.

Vespe semel et perdices siti concite: cuz simul conuenissent: ad Rusticum quendam tendunt. potum ab eo

petentes : atq3 pollicentes.quod sibi pro aqua Lar gas referent gratias. Quippe perdices unicam sibi eo federe promittunt : quod plenos uites producent racemos.uespe uero:se unicam circuendo custodire: ac fures inde amouere large offerunt. Quibus agri cola inquit.duos habeo boues:qui cum nihil promit tant eádez hanc operam nihil min⁹ prestant . Itaq3 satius est mihi:illis q̃3 uobis aquaz exhibere. Fa bula significat non esse illis subueniendum:qui nauci et inutiles sunt.

De ioue.

Cum iupiter nuptias celebraret : cuncta animalia sibi munera obtulerunt : queq3 pro uiribus suis . uerum enim Serpens rosam legit.illamq3 ore tenens: Ioui obtulit. At iupiter ut eum aspexit: palam inquit.ab omnibus dona libenter equidez accipio.uerum a ser pete id haud quaq̃3 facio. Fabula significat.quod improborum munera: non esse sine dolis : quiuis pru dens sibi persuadere debet.

De Simia.

Simiam duos catulos parere fertur quorum ad unuz duntaxat affecitur et ex affictione illuz diligentissime nutrit. Alterum uero odit:negligitq3. Contigit au tez quod qui in deliciis habebatur:a Simia in som nis fuit suffocatus.q̃obrez qui neglect⁹ erat:ad perfe ctaz usq3 etatem ceu matris delicitis:fuit educatus. Fabula significat quod homini prudentiá fortuna

proculdubio superat.

De pulice.

Pulex cũ quendaȝ morsu aliq̃ndo stimulasset.captusq̃ȝ rogaretur.quisnam esset:qui membra:sibi depasceret ait se ex eo animalium genere esse:quibus a natura datum esset:ut eo pacto uitaȝ uiuant.nec euȝ occide re uelit:cum multum mali facere:ipse sibi nequeat. At homo ille surridens inquit ad euȝ.eo magis me is necaberis manib⁹:quoniaȝ nec multuȝ:nec paruȝ absre quépiaȝ ledere licet. Fabula significat quod maloruȝ:licet paruȝ:uel multũ delinquant misecreri haud oportet.

De pulice et homine.

Pulex suo solito more saltans :super hominis pede re sedit.illumq̃ȝ morsu acriter pupugit. qua punctione homo ille grauiter concitus pulicem:cepit ac ungui bus obtundere uoluit.Sed pulex manibus exiliens morteȝ utiauit. Tũ homo exclamans ait.o Her cules maloruȝ extinctor : ecquid mihi in hunc oppu mendũ presens non fuisti. Fabula significat quod non in minimis:sed in magnis arduisq̃ȝ reb⁹:a diis auxilium quis implorare debet.

De formicis et cicada.

Hyemis erat medium : cum formice sparsim triticuȝ apricabant.Quod cicada aspiciens:cum inedia con ficeretur :accessit ad eas:ac triticum pro alimonia:ut sibi ꝯcederent:orauit. Et cuȝ formice eaȝ rogarent

quidnam estate fecerit: num segnis: et ociosa eo tempo re steterit. Illis cicada ait. neque segnis haud ociosa steti: sed cantu cecini: quo laborem uie uiantibus le uabam. Qua re audita formice: surridentes inquiunt Si estate cecinisti ut uiantes delectares. nunc salta: ne frigore conficiaris. Fabula significat quod qui que facienda sunt suo tempore non fecit: Is in angu stias quando non putat incidit.

De uiro et uxoribus.

Tempus erat ueris: quo quidam in delitiis educatus: cum nec iuuenis: nec senex esset: semicanus enim erat capillos: duas simul duxit uxeres. unam quidem na tu grandem. alteram uero iuniorem. Cum omnes eandem habitarent domum uxor anus ut uirum in amorem suum. totum pelliceret: quotidie uiro caput pertractans nigros sibi euellebat capillos. pari studio iunior: ut ab anus consuetudine illum amoueret: albos euellit capillos. postremo ita illum depillarunt: quod caluum atque ridiculum non sine summo obprobrio uirum reddiderunt. Fabula significat. quod nulla melior salus senibus existit: quam feminis carere: et ma xime iunioribus: nisi penitus obrui se uelint.

Totius operis anacephaleosis.

Habes uitam pariter et fabulas esopi fabulatoris eximii Reuerendissime pater per me nuper uerbis latinis intusiatas. non tamen omnes sed quotquot ad ma nus meas usque peruenerunt. quamquam arbitror preter

has si que reperiuntur: esse perpaucas. Quod uero longe plures Esopus confecerit hinc uel maxime coniectari licet. Nam in describendo fabulas cum seq̃tur ordinem Alphabeti: in his he deficiunt lic·

atq; in aliis plerisq; litteris perspicue ap paret plenum fabularum numerum non esse: que siue negligetia scriptorum siue uarietate temporum siue ipsa uetustate obliterate sint ad secula nr̃a non puenerint: que tñ habent: qa iucunditaté legentib' afferūt: et uite hominū utilitates nō mediocrem tuo in nomine feci latinas: ut animi mei affectiones erga te cogno scas: et censor ex[illegible]tas studiorum meorum: quibus in [illegible]lasse non frustra putabo si sapientissimo iudicio t[illegible] auctoritate comprobari compercro. Sed u[illegible] ait poeta noster eximius Et ias tempus equum [illegible]antia soluere colla. Finis.

Uerba libri ad emptorem.

Si placet hybernas libris tibi fallere noctes:
Non alium queras. ipse satisfacias.
Esopi inuenies et dicta et facta legendo:
Que risum mesto cuiq; mouere queant.
Et qui me e greco uoluit fecisse latinum
Doctus erat. lege me. non tibi uilis ero.

Impressit Mli Antoni' Zarot' pmensis MCCCClxxiiii



